

288
223 247

Caput primū nullo Diuino ^{precepto} adstringi laicos, ut sub utraq. spe comunicent

(33) Principio itaque sancta Synodus re multum, diuq. considerata et expensa docet, nullum in Diuinis scripturis extare præceptū, quod laicos omnes, et clericos non sacrificantes obliget sumere Eucharistia sacramentum sub utraq. specie. Et si enim Christus dominus in ultima cena uenerabile hoc sacramentum instituit, atq. adu. Apostolus tradidit: non tamen illa institutio, et traditio eam uim habere existimari debet, ut laici, et clerici non sacrificantes, statuto Dni ad utramq. speciem teneantur; cum eius Sacramenti modus, et ritus præbendi sub altera uel utraq. specie in potestate Ecclesie positus sit, ut illa pro Spiritus sancti inspiratione, et temporum, Locorum, personarumq. ratione, hunc uel illum ritum approbet, et filiis suis obseruandum præscribat. Ecclesia enim, quum secundum Apostolum columna sit, et firmamentum ueritatis, in ministrandis mysterijs sibi creditis errare non potest: et cum sit pater mater, opportuno, et conuenienti cibo filios suos alit. Nam etsi sacram. Christi auctore instituta sunt, tamen modus his utendi, Ecclesia est reseruatus, que in administrandis sacramentis consilium, rationemq. adhibens, eorum ritum uariat, prout sibi uidetur expedire. Demonstrat id Sacramentum Baptismi, toties, quo ad eius modum, uariat. tribus enim modis aliquando celebratus etiam unicum admisit; mersio quoq. aspersio, et effusio sæpe eius ritum mutauerunt. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia hanc suam in ministerio, et usu sacramentorum auctoritatem, edocta a Spiritu sancto, qui Spiritus est sapientia, et intellectus, Spiritus consilij, et pietatis olim à primordijs Christiana religionis diu utramq. speciem fidelib. dispensauit; et eadem postea duce eodem Spiritu grauib. et iustis causis adducta, alteram tantum speciem pams seruet, laicis, et clericis non celebrantib. præbuit

sed
est

dispensandis

relicto. delegat.

Quare non est quod quidam urgeant veteris et primitiva
Ecclesia usum, quem utriusq. speciei fuisse sancta Synodus
non ambigit, sed ita tamen, ut neq. ex Divino precepto sit
observatus, et eo ipso tempore, quo utraq. species servabatur
altera etiam species panis, pastorib. ita disponentib.) cum
res postularet, data fuerit: ut et sacra litera innuunt,
et apud vetustos, et illustres Ecclesie Doctores, et re-
ceptas, ac probatas Historias, videre est

nam quod Dominus dixit, Bibite ex eo omnes, nihil utriq.
speciei laicorum patrociniatur; quum haec verba ad solos
Apost. quos sacerdotes in coena instituebat, dixisse
Dominum, vel ex hoc liquet, quod Marcus ait, Et biberit
~~ex eo~~ omnes, quod si ad alios fideles illud spectare
existimandum est, ad illos demum pertinebit, qui
sacerdotij munera obeunt, in Apostolorum locum
successerunt, hoc est presbiteros, et Episcopos, quorum
est Christi corpus et sanguinem sub utraq. specie percipien-
dum sub utraq. venerabile hoc sacramentum conficitur.
quod potissimum Christus ipso facto suo in illa ultima
cana eos docere intendebat

Sed neq. illa verba Domini: Nisi manducaveritis, et
biberitis meus sanguinem non habebitis vitam in vobis, ut
accipi debent, ut ipsis utraq. species laicis praecipiantur.
Nam quamvis multos Gracos, et Latinos Patres sequendo
concedendum sit, verba illius capituli ad Eucharistia
sacramentum pertinere: non tamen ex praedictis
verbis colligi potest panem manducandum, et calicem
bibendum Dominum praecipisse. sed cum a vocabulis
panis, et calicis abstinisset, qua sunt a tribus Evan-

in ista h. l. e.
f. 1. 3. aug.
f. 1. 2. alij.
bona. v. 1. 2.
nomimibus.

gelosus, et Paulo ad Declaratione sub utraq. Specie
significationem commemorata, se non de speciebus loqui
sed de corpore suo, et sanguine, qua sub speciebus singulis
integra et continentur, et percipiuntur, significavit.
Rursus autem Dominus in illo vi. capite de calice, et
uino meminuit, et universam illam cum Capernaum
disputationem uno verbo absoluit dicens. qui manduca-
cat hunc panem, vivet in aeternum.

Caput 2^m tantum suscipi sub una specie, q^u sub utraq.
Declarat praeterea sancta Synodus, quo ad contenta
sub speciebus attinet, non minus suscipi sub altera specie
quam sub utraq. quum Christus totus et integer sub
qualibet specie contineatur, et suscipiatur. Ad hoc,
idem fructus (quantum ad vim, et efficaciam ipsius
sacramenti attinet), gratia spiritualis, qua ad
salutem^{est} necessaria percipitur, ab ijs qui unam speciem
tantum, atq. ab ijs qui utramq. sumunt: cum non
minus (ut dictum est) sub una, quam sub duabus
speciebus totus, et integer contineatur Christus; quem
qui sumit, illi unitur, atq. coniungitur, immo
totus admirabili quodam modo in eum transfor-
matur. Unde cuius sumentum est alimenti suppedita-
tatur, quod sibi ad reficiendam, conservandam
et augendam spirituales vitam est necessarium

con. videtur de
suis de su. f.
cipit in s.
ad hoc bap.
Alexa
ser. q.
s. h. q. de. x. p.
q. 27. av. s. ad
12. l. 1.

Caput tertium de Communionem parvulorum
Ex his manifestum fit, infantes, qui nondum usum ra-

Docet praeterea - S. Sy.
m. declarat q.

nonis habent, nullo tenore Divino precepto ad suscipiendum
Sacramentum Eucharistiae, quum enim illa aetas tenera
sit, nec apta ad manducandum, non debet cogitari ad
illos esse ductum, Accipite, et manducate, cumq; etiam
ad hoc iudicio, et mentis discursu infantes non possunt
hanc escam ab alijs comunibus discernere, ut Apostolus
praecipit. nec etiam memoriam passionis Domini recolere
ut Christus ipse instituit, nec illa, qua decens est uen-
ratione adorare Manducaverunt enim, et adoraverunt

ps. 21. uel 22.
infantes

(inquit scriptura) Quocirca, merito Ecclesia Catho-
licum communicandi, sustulit, quem olim in quibusdam
Ecclesijs fuisse, sancta Synodus non ignorat, easq; rationes,
quibus hic ritus antiquatus est, ita validas iudicat, ut
etiam in posterum infantibus Eucharistiam dari pro-
hibitum esse decernat. Nec ideo damnanda est antiqui-
tas, qua eam consuetudinem in quibusdam locis aliqui
servavit; sed potius comendanda Ecclesiae oeconomia,
qua in illis religionis rudimentis nonnulla fieri permittit
qua in progressu temporis, accedente usu, atq; experientia
verum, Spiritu sancto autore, uel perfectius excoluit,
uel in melius mutavit. Neg tamen Sacramenti fructu
pruuantur infantes, quum sicut per corda, et ora
gestantium credunt, et confitentur, ita etiam per
eorundem ora spiritaliter manducant, et bibant,
non secus atq; in matru' uteris inclusi, edente et
bibente matre reficiuntur, et aluntur, ut pulchre
et eleganter docuit B. Augustinus.